

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVTATIO. PRIMA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343



FR. IOAN. DVNS
SCOTI.

DOCTORIS SVBTILIS,
ORDINIS MINORVM,

Theologorum omnium

PRINCIPIS,

Collationes, seu Disputationes.

DISPVATIO. PRIMA.

An tantum sit vna prudentia respectu omnium agibilium, ita quod ad dirigendum omnes actus morales in suos fines sufficiat vna prudentia specie.



TRVM tantū sit vna prudentia respectu omnium agibilium, ita quod ad dirigendū omnes actus

morales in suos fines sufficiat vna prudentia specie: vñ quod sic, quod declaratur tripliciter.

PRIMO ex parte obiecti sic, quoniam ex parte obiecti habetur vnā rationē formale obiectiuā est tñ vnus habitus, sed ratio obiectiua obiecti prudentiæ est tñ vna, quæ est bonum humanum ordinabile secundum rationem rectam in finem debitum, ergo prudentia est tñ vna

specie, dirigens circa omnes actus virtutum moralium.

SECUNDO ex parte principij practici, quoniam prudentia presupponens ipsum primum principium practicum agibilem, ad totum finem vnitatem suam se extendit, ad quod se extendit illud principium practicum, quia intellectus secundum habitum prudentiæ elicit syllogizando ex primo principio practico omnes conclusiones agibilium: sed primum principium agibilem se extendit ad omnes conclusiones agibilium, ergo respectu omnium agibilium sufficit vnā prudentiam specie ponere.

TERTIO ex parte vnitatis attributionis, quoniam quamuis sint diuersa agibilia, circa quod dirigit prudentia monastica, tñ omnia habent attributionē ad vnū finem. Nam in agilibus est aliquid vnum, quod est aliorum finis

A 2 pro-

propter quem omnia alia agibilia sunt, & ad quem ordinanda sunt, ideo propter hanc unitatem attributionis ad aliquod, una prudentia unitatem specificam fortitur.

¶ Sed contra rationem primam arguitur sic. Quandoque aliqua plura habent aliquam unam rationem, ad quam conveniunt, & diversas rationes formales quibus in speciali specie differunt, sicut de illis est unus habitus, ut una scientia secundum illam rationem communem, in qua conveniunt, ita de illis sunt diversi habitus, ut diversae scientiae prout formaliter & specificè differunt, sicut de omnibus scibilibus, in quantum conveniunt in ratione entis est una scientia communis, ut metaphysica. ita etiam de scibilibus diversis, prout differunt secundum rationes suas formales sunt diversae scientiae, & diversi habitus particulares: sed agibilia circa quae sunt virtutes morales, quamvis conveniunt in ratione aliqua communi, ut in ratione boni humani, tamen differunt per rationes suas formales, quibus specificè differunt. Aliud est enim bonum humanum, in quod inclinatur temperantia, & aliud ad quod inclinatur fortitudo. aliter enim non essent diversae virtutes speciei. ergo licet respectu omnium agibilium, ut conveniunt in ratione boni communis ponatur una prudentia, tamen respectu agibilium, prout specie differunt secundum rationes formales agibiles, oportet ponere diversas prudentias.

¶ Praeterea ad confirmationem istius rationis arguitur, sicut ubi minor diversitas obiectorum sufficit ad variationem habitus,

ibi maior diversitas sufficit ad diversificandum habitum. sed minor est diversitas totius universalis a parte subiectiva, quam totius integralis a sua parte, sed diversitas prima sufficit ad diversificandum habitus formaliter, sicut alius est habitus de corpore mobili simpliciter, & alius est habitus de corpore mobili ad locum, vel ad formam: igitur cum bonum speciale, ut bonum unius se habeat ad bonum commune, sicut pars integralis ad totum integrale, diversa enim agibilia sunt partes unius boni totalis humani, alia est prudentia formaliter respectu obiecti particularis agibilis, & respectu boni humani singularis, vel saltem cum plus differat unum bonum agibile ab alio, quam totum universale a particulari, alius est habitus prudentiae respectu unius boni agibilis, & respectu alteri.

¶ Praeterea, si bonum agibile secundum rationem rectam sit obiectum prudentiae, ergo ubi est aliud obiectum formale prudentiae, ibi erit alia prudentia speciei, sed secundum philosophum 6. ethicorum copiam prudentiae ad artem & scientiam ipsa est preceptiva respectu artis scientiae, obiectum vero scientiarum eundem (quicquid sit de se factibile, quod est obiectum artis) est aliud obiectum formaliter ab obiecto agibili, quod habet rationem oppositam, quoniam agibile est contingens, obiectum vero scientiae est necessarium, et ergo non respectu omnium dirigibilem est una prudentia speciei.

¶ Praeterea, sicut prudentia est habitus inclinans ad consulendum de vero agibili complexo contingenti, ita scia est habitus ad speculandum de vero complexo necessario, non

6. Ethic.

nō agibili. sed sub scientia cōsi-
derante de aliquo obiecto in cō-
muni, de quo ostēdit passionē in
cōi, sunt diuerse scientiæ & diuer-
si habitus, respectu diuersarum
conclusionū specie differentiu,
vt quot sunt diuersæ conclusio-
nes, tot sunt diuersi habitus spe-
cifici respectu earundem, vt pro-
babo, igitur cum sub bono vno
agibili humano in cōmuni
sint diuersa agibilia specie dif-
ferentia, respectu eorum erunt
diuersæ prudentiæ differentes.
Minor probatur per hoc, quia
cū scientia vnius cōclusionis in
scientia naturali stat ignorantia
dispositionis de alia conclusio-
ne. Vnde cum scientia de corpo-
re mobili ad formam, stat igno-
rantia de corpore mobili ad lo-
cū, vt de corpore cōlesti. Vn-
de et philosophus bene tradēs
scientiā circa aliqua naturalia
errant, & errant in dispōis igno-
rantia circa quadā alia, vt Auer-
rois circa animā humanam, sed
ad hoc qd sit ignorantia dispō-
nis de aliqua cōclusionē amo-
ta ab intellectu alicuius, oportet
qd hoc fiat per habitum scientiæ
incompossibilem ei. si igitur ha-
bitus scientiæ de aliqua vera cō-
clusionē sit idem cū habitu scie-
tiæ de cōclusionē, de qua ha-
bebat ignorantia dispōis, seq-
tur qd idē habitus sit compossi-
lis, & impossibilis ignorantia
dispositionis vnius cōclusio-
nis, qd est impossibile qd tūc idē
posset esse, & nō esse. Præterea,
cum notitia alicuius in vniuer-
sali stat ignorantia eiusdē in par-
ticulari, qm̄ fm̄ philosophū cōn-
tingit scire oēm mulā esse steri-
lē, & tamē ignorare in vtero hāc
habere, si igitur prudentia quæ
habitus est cognitiuus habeat

pro suo primo obiecto bonum
humanum agibile in vniuersali,
cum habitu talis prudentiæ sta-
bit ignorantia in dirigendo esse
hoc bonum agibile, vt circa bo-
num temperantiæ. Cum ergo
non sit aliquis prudens, nisi qui
bene agere habet. in dirigendo
circa a bonum oportet in parti-
culari, circa qd habere pōt ali-
qs habitū prudentiæ, & tūc nō re-
cte dirigit circa agibile. b. in
particulari, sequitur, qd non est
vnus habitus prudentiæ respec-
tu omnium particularium agi-
bilibum. Dicitur quod de scibili-
bus, vt inter se distinguuntur for-
maliter, & vt cōueniunt in rōne
obiectiua scientiæ cōmunis ex
vna parte, & agibilibus diuersis
fm̄ speciem, & vt cōueniunt in
rōne boni cōis ex alia parte. Nō
est simile, quia obiecta specialia
specificite dīa præter hoc, qd cō-
ueniunt in vna rōne obiectiua
cōi, fm̄ quā de eis est vna scien-
tia cōis habēs diuersas ratione
obiectiuas, formaliter diuersas,
propter quas de eis possunt esse
diuersæ scientiæ speciales præter
cōem, sed agibilia specie diuer-
sa præter hoc, qd cōueniunt in
rōne boni humani, non habent
diuersas rōnes obiectiuas respec-
tu prudentiæ, quia ex hoc est ali-
quod obiectum prudentiæ, quia
habet rōne boni p̄suaibilis a rō-
ne. & hæc rō eiusdē rōnis in-
uenitur in obiecto temperan-
tiæ, sicut in obiecto fortitudinis.
Vnde agibilia diuersa inquantū
specificite differunt tantum sunt
diuersa obiecta materialia, & re-
spectu prudentiæ & non forma-
liter diuersa, & ideo sicut vna
logica potest dirigere in sillogi-
zatione circa materiam gram-
maticæ, & geometricæ, & circa

obiecta omnium scientiarum, quae non sunt nisi materialia, respectu logicae, sic una prudentia potest dirigere circa omnia agibilia in actibus virtutum moralium, quae omnia, ut conveniunt in una ratione boni humani sunt obiectum formale ipsius prudentiae. Contra. obiectum temperantiae secundum quod est obiectum eius, est agibile formaliter distinctum ab obiecto fortitudinis, ut obiectum eius est, aliter temperantia & fortitudo non essent diversae virtutes formaliter distinctae si igitur per comparationem ad prudentiam non essent formaliter distincta obiecta, sed tamen materialiter, sequeretur quod sub alia ratione esset aliquid agibile obiectum prudentiae & temperantiae, & per consequens ex directio- ne prudentiae circa obiectum temperantiae nunquam temperatus recte per se eligeret per virtutem temperantiae, sed si directe eligat, hoc erit per accidens, cum prudentia non dirigat circa agibilia, ut sunt obiectum formaliter temperantiae, sed tamen materialiter.

¶ Contra secundam rationem positionis arguitur sic. si per hoc est tamen una prudentia secundum speciem respectu omnium agibilium, quia est unum principium practicum circa finem vel finem, ex quo deducuntur per habitum prudentiae conclusiones circa omnia agibilia, tunc tamen erit una scientia de omnibus se habilibus, quia est tamen unum primum principium, a quo dependent conclusiones omnium scientiarum. ¶ Non est simile, quia primum principium in scientiis speculabilibus particulatur, & quando sic particulatur unum non dependet ab alio, & ideo sunt diversae scientiae: nunc autem licet primum principium practicum circa finem eodem particuletur a prudentia syl-

logizando, & considerando circa ea quae sunt ad finem huius virtutis, hoc tamen est cum prudentia ad principium particulatum circa finem alterius virtutis, cum virtutes sint connexae in prudentia, ita quod impossibile sit habere prudentiam circa ea quae sunt ad finem huius, vel unius virtutis, quin etiam circa ea quae sunt ad finem alterius virtutis simul habeatur. Et hoc ideo est, quia quicquid prudentia syllogizat, aut conclusatur circa materiam unius virtutis, aut circa materiam temperantiae, hoc est propter bonum rationis, ut si concludatur, quod temperate comedendum sit propter sanitatem corporis, aut propter aliquid aliud, & non propter bonum rationis, non est actus prudentiae, aut virtutis: bonum autem rationis est sibi in materia alterius virtutis, & ideo per prudentiam non potest quis se habere bene circa materiam unius virtutis, nisi et bene se habeat circa materiam alterius virtutis.

¶ Contra, ex principio practico sumpto ex fine unius virtutis, ut temperantiae sufficienter potest practice syllogizari, & concludi illud quod est ad finem temperantiae, sed principium sumptum ex fine temperantiae non est principium ad concludendum illud, quod est ordinatum ad finem fortitudinis. igitur principium particulatum circa materiam unius virtutis, non dependet a principio particulato alterius, nec ex principio sumpto circa finem unius virtutis, potest argui aliquid circa materiam alterius virtutis. ¶ Ex hoc arguitur propositum principale, quia si ex principio practico ex fine temperantiae potest recte syllogizari, & concludi de his quae sunt ad finem temperantiae,

gantie, ex tali actu frequenter elicitur potest generaliter prudentia dirigens in actibus temperantie, quia nullus actus est actus prudentie, cum igitur principium sumptum ex fine temperantie non sit principium, ex quo potest recte syllogizari circa ea, que sunt ad finem fortitudinis, sequitur quod potest acquiri prudentia perfecta dirigens circa agibilia temperantie absque hoc, quod acquiratur prudentia dirigens obiectum fortitudinis, & per consequens tot oportet ponere prudentias, quot virtutes morales. ¶ **¶** Si ex fine temperantie in quantum habet rationem boni secundum rationem sumitur principium ad concludendum ea, que sunt ad finem temperantie, & quia bonum secundum rationem inuenitur in fine alterius virtutis, ideo non potest quod exerceat se in acquirendo prudentiam circa unam virtutem, nisi circa omnes se exerceat, antequam habeat perfectam prudentiam.

¶ **¶** Contra, aut intelligitur, quod ratio boni secundum rationem sit formalis ratio obiectiva cuiuslibet virtutis moralis, & finis virtutis moralis, aut quod virtutes morales habeant propria obiecta formaliter distincta, qua tamen conueniant in eodem ratione boni secundum rationem. Si primo modo, tunc sequitur, quod non sit nisi una virtus moralis formaliter, eo quod tamen una rationem formalem obiectiva habet. Si autem preter eodem rationem boni secundum rationem habeant propria obiecta distincta formaliter secundum suas rationes formales obiectivas, tunc sequitur propositum, quod principium sumptum ex fine unius virtutis, non est medium ad concludendum ea que sunt ordinata ad finem alterius virtutis.

¶ **¶** Et circa habitus prudentie

non est augmentabilis in infinitum, igitur cum prudentia augmentatur ex actibus dicendi, & dirigendi circa ea que sunt ad finem temperantie, totiens actus huiusmodi elicit, quod prudentia sit in termino suo. igitur &c.

¶ **¶** Contra rationem tertiam positionis arguitur, sub eadem ratione sub qua prudentia dicitur de agibili, sub eadem ratione virtus moralis inclinatur in illud: si igitur prudentia dirigit circa omnia operabilia, ut habet attributionem ad finem unum ultimum, ut ad felicitatem, virtutes morales eodem modo inclinabunt in sua obiecta, ut attributionem habent ad unum finem. igitur si prudentia habeat suam unitatem ex prima attributione, in quantum. Consequenter agibilia habent attributionem ad unum finem. ergo similiter virtutes morales dicuntur una virtus specie per eandem unitatem attributionis, in quantum. scilicet fines virtutum moralium habent attributionem ad ultimum finem moralem. ¶ **¶** Confitetur ista ratio, nam in intellectu tamen una fides ponitur, quia licet sit respectu omnium credibilium temporalium, tamen per unam rationem, que est de illis respectu primi credibilis, ad quod alia attributionem habent, sicut in voluntate est tamen una charitas, quia licet sit de diversis diligibilibus, hoc tamen est ne ordinentur ad primum diligibile, ergo similiter si virtutes morales inclinant appetitum in diversa agibilia bonorum humanorum, ut ordinantur ad unum principium agibile, siue ad ultimum finem moralem, sequitur quod sit tamen una virtus moralis. quod falsum est, igitur virtus moralis absolute inclinatur in unum bonum agibile absolute, non

A 4 forma-

formaliter sub vltiori respectu, igitur similiter prudentia dirigit circa talia agibilia absolute, non per rationem formalem alicuius respectus, & per consequens prudentia habebit diuersa obiecta formaliter sine attributione ad aliquid vnum, & ita erunt plures prudentie. ¶ Ad primum istorum dicitur, quod licet prudentia sit tantum vna secundum speciem propter unitatem illius attributionis, non tamen erit tantum vna virtus moralis ex eadem attributione, quia aliud est, quod formaliter, & necessatio diuersificat virtutes morales, eo quod sunt in diuersis potentijs, vt irascibili, concupiscibili, similiter quia virtutes morales auferunt diuersas difficultates potentie respectu diuersorum actuum, & ideo oportet quod distinguantur specie, sicut & illarum difficultates, & actus consequentes, & non sic est ex parte prudentie, & ideo sufficit vna prudentia specie.

¶ Contra certum est, quod quauis virtutes morales ponantur in diuersis potentijs partis appetitiue sensitivae, ista tamen diuersitas potentialium non facit formalem diuersitatem habituum moralium, sicut nec unitas potentie unitatem habitus. Vnde si sola diuersitas potentie secundum genus arguit diuersitatem habituum, nunquam tamen formaliter & caliter diuersitas potentialium arguit diuersitatem habituum, quia materia est propter formam, & non forma propter materiam ex secundo de anima. Vnde materia habet diuersificari propter formam, & non econuerso, sicut ibidem patet. ¶ Item, quod dicunt de amotione difficultatis potentie respectu actuum, non videtur valere ad candum

diuersitatem virtutum, quia ista amotio difficultatis est consequens virtutem moralem, prius enim virtus habet esse, antequam ciliet potentiam, amouendo difficultatem. ¶ Item facilitas non est de ratione formali virtutis. Tum, quia est communis virtuti moralis, & scientie, utraque enim faciliat potentiam amouendo difficultatem respectu actus, tamen quia hoc non apparet in definitione virtutis, quare est quod sit habitus electiuus determinatus recta ratione. ¶ Praterea ad propositum arguitur sic, ab eodem a quo virtus habet suam entitatem formalem, ab eodem habet suam unitatem, sed cum virtus sit habitus electiuus determinatus recta ratione habebit virtus suam entitatem formaliter ex determinatione rationis. ergo & unitatem formalem habebit ex determinatione recte rationis. ¶ Cum igitur determinatione recte rationis sit a prudentia, sequitur quod virtus moralis habebit suam veritatem ex prudentia, siue ex respectu ad determinationem prudentie, igitur si sit tantum vna prudentia secundum speciem, est tantum vna virtus moralis secundum speciem. ¶ Confirmatur istud, quamuis virtus materialiter sit quaedam qualitas animae formaliter, tamen virtus moralis respectum dicit, scilicet ad determinationem rationis recte, quod est a prudentia, sicut patet ex definitione eius. Et ideo dicit philosophus 7. 2. phy. quod in habitibus virtutis non est alteratio, nec motus. virtus igitur moralis formaliter respectum dicit ad prudentiam, sed impossibile est quod ad eundem terminum species sint diuersae relationes differentes specie. ergo virtutes morales non erunt diuersae species, si prudentia

2. de anima.

7. 2. phi.

dentia non sit diuersa specie.
 ¶ Præterea, sub eadem ratione
 formali, sub qua appetitus in-
 clinatur per virtutes morales ad
 eligendum, intellectus per pru-
 dentiam dirigit in eligendo, &
 in idem formaliter, in quod vir-
 tus inclinatur, prudentia dirigit,
 quia si prudentia non in idem
 formaliter dirigit, in quod to-
 tus inclinatur, nunquam ex dire-
 ctione prudentiæ sequeretur re-
 ctæ electio secundum virtutem,
 cum prudentia dirigat in ali-
 quid, & dicitur de aliquo secun-
 dum unam rationem, & virtus in-
 clinatur in idem secundum aliam rationem,
 sicut igitur virtutes inclinant
 appetitum in diuersa obiecta
 formaliter, ita oportet quod pruden-
 tia sit circa eadem, ut sunt obiecta
 diuersa formaliter, & non secundum
 aliquam rationem unam, igitur sicut in
 appetitu sunt diuersi habitus
 virtutum propter diuersitatem
 obiectorum, in qua inclinatur, ita
 oportet in intellectu ponere di-
 uersos habitus prudentiæ cor-
 respondentes propter diuersitatem forma-
 lem eorundem obiectorum in
 quæ dirigunt. ¶ Item si in intelle-
 ctu sufficiat ponere unam pru-
 dentiam dirigentem, & regulantem
 circa omnia operabilia, quare in vo-
 luntate non sufficit una virtus
 ad inclinandum in ea, cum ab
 una regula regulante non sit nisi
 una regulatio passiva formaliter.
 ¶ Præterea, actus generatiui ha-
 bitus diuersi secundum speciem sunt di-
 uersorum habituum secundum speciem,
 actus prudentiæ circa obiectum
 temperantiæ, & circa obiectum
 fortitudinis sunt diuersi secun-
 dum speciem. igitur prudentia
 dirigens in actibus prudentiæ
 erit alia species a prudentia dirigē-
 te in actibus fortitudinis. maior

probatur per hoc quod impossibile
 est, quod duæ causæ secundum speciem diuer-
 sa, sint causæ proximæ per se unius
 effectus secundum speciem. ergo cum actus
 sint per se generatiui habitus,
 impossibile est, quod diuersi actus
 secundum speciem, sint causæ unius habitus
 secundum speciem. minor probatur per hoc,
 quod respectu obiectorum diuerso-
 rum secundum speciem, sunt diuersi actus
 secundum speciem, sed finis, siue obiectum
 temperantiæ & fortitudinis sunt
 diuersa secundum speciem, ergo actus
 prudentiæ dirigens circa obiectum
 unius & alterius erit di-
 uersus specie. Et ad clariorem in-
 tellectum illius minoris, est sciē-
 dum secundum istos, quod prudentia non
 est habitus primi principij (sum-
 pri ab ultimo fine morali, licet
 forte secundum hanc opinionem, hoc
 esset dicendum, ita quod virtuali-
 ter contineret directionem circa
 alia posteriora, sed secundum eos est
 habitus conclusionis practiciæ
 conclusæ ex principiis practicis,
 eo quod prudentia est habitus con-
 ciliatiuus secundum philosophum, qui
 includit discursum. Fiat ergo sil-
 logismus practicus secundum actum
 prudentiæ circa actum, vel maté-
 riā temperantiæ sic. honeste est vi-
 uendum, sed honesta vita hominis non
 potest sine castitate, ergo caste est
 viuendum. & ulterius ex ista con-
 clusione accepta pro principio
 ulterius potest argui, quod caste est
 viuendum, non potest quis caste vi-
 uere, nisi moderando passiones.
 ergo passiones sunt moderandæ,
 & sic de alijs. Fiat etiam sillogis-
 mus in materia fortitudinis &
 sic verbi gratia. rem publicam sol-
 licite & cum omni virtute custodire
 oportet, hoc autem non potest fieri,
 nisi aggrediendo, & bellando. er-
 go pro republica bellandum est, &
 mors aggredienda est. ¶ Pruden-

tia igitur est habitus vnius conclusionis & alterius, sed actus directiui & cōsiliariui respectu ista & cōclusionū sunt diuersi spē. qđ pater, quia sunt circa obiecta formāte diuersa spē. ergo habitus cōclusionū sunt diuersi spē. Principia. n. ex quib. procedunt sunt diuersa spē. ¶ Et vt videat melius ista rō, pōt aliquis statim dicere, qđ sicut argui ē, qđ prudentia istius cōclusionis passionis sunt moderandę, est alia spē a prudentia istius conclusionis, bellū pro republica est aggređiendū, quia principia ex quibus procedunt sunt diuersa spē. Ita pōt argui, qđ prudentia de ista conclusione, caste est viuendū, & de ista conclusione, iuste est viuendū, sint eadē fm spēm, quia principū ex quo procedunt est idē. i. illud, honeste est viuendū. Sed nota, qđ licet illud principū sit idē vtrobiq, tñ medium, qđ est minor variatur, quia ex vna parte subiicit, quod non pōt quis honeste viuere sine castitate. Et ex alia parte, qđ non pōt quis perfecte, vel honeste viuere sine iustitia, & iō sicut iustū & castū spē differunt, ita actus prudentię directiui & conciliatiui circa vñū, & circa aliud respectu cōclusionū, quarum est prudentia, iunt diuersi spē, & per cōsequēs prudentia, qđ cātur ex istis actib. erit diuersa & diuersa spē. ¶ Sed dī hic, qđ diuersi actus fm spēm non sunt diuersorum habitū fm spēm generatiui, sed pāt esse gñatiui eiusdem habitus fm spēm, qm̄ intellectiōnes albi & nigri sunt diuersę intellectiōnes fm spēm, sicut obiecta sunt diuersa fm speciem, & tñ habitus scientię de albo, & nigro, est

vñus fm spēm, quia eadem est scientia contrariōrū, & potētia rōnalis, valet ad opposita ex. 9. ^{9. mel.} mer. Ad probationē dī, qđ duę cāe diuersę fm spēm pāt esse vñus effectus, quia illa cāse in agēdo hnt diuersa obiecta spē.

¶ Contra predicta arguit, minor probatur sic. oīa indiuidua eiusdē spēi pāt produci ab vna cā tñ fm spēm, sicut quicunq; calor pōt produci ab vno agente fm spēm. oīs igitur effectus vñus fm spēm producit ab vna cā fm spēm proximā, igitur impossibile est qđ duę cāe proximę & p se diuersę fm speciem sint vñus effectus fm speciem.

¶ Præterea, effectus essentialiter depēdet a sua cā, sed impossibile est, quod aliquid per se essentialiter dependeat ab aliquo inferiori, quo non cāte, nihil minus sit, aut nihil minus hēt esse, sed si duo actus diuersi fm speciem sunt generatiui vñus habitus prudentię, non existēte vno actu, nihil minus prudentia habet esse ex alio actu, similiter non existēte alio actu, nihil minus prudentia habet esse ex isto actu. ergo neuter est per se causa actus. ¶ Præterea, si actus sit p se gñatiuius habitus reliquit suā similitudinem in passio. ergo si duo actus fm speciem diuersi generant vñū habitum fm speciem, vñus habitus fm speciem erit duo fm speciem. ¶ Si dī hic qđ nō sequitur, nisi qđ vñus habitus habeat diuersos gradus fm spēm, qđ non est inconueniens, sicut sensitiuum, vegetatiuum, & intellectiuium sunt diuersi gradus fm speciem in vna forma, ita quod per vnum actū gñatur vñus gradus in habitu, & per alium actū alterius spēi gene-

generatur alius gradus secundū speciem. ¶ Contra istos, qui tenent itam viam, arguitur sic: secundum gradus habitus est omnino simplex, nec est in eo additio gradus ad gradū, nisi tñ fm rōne. igitur per alium actū non generatur alius gradus specie.

¶ Præterea prima rō stat, quia aut per fm aliquid producitur, aut nihil. Si nihil, ergo habitus non augef. Si aliquid, & alterius speciei a priori, ergo habitus ille continebit in se essentias duarū specierū, & ita non erit vna essentia fm speciei: nec valet exemplū de intellectu, sensitivo, & vegetativo, quia non sunt diuerse essentia in eadē forma, sed tñ differūt in forma fm virtutē, & virtualiter. ¶ Sed et quod adducitur pro opinante qd scia albi & nigri est vnus habitus spēs, dicendū quod non valet. nā cum in quocunque conclusionis, in qua ostēditur passio diuersa fm specie a subiecto diuerso fm spēm a subiecto, & passione alterius conclusionis, est alius habitus specie. vnde tñ est vnus habitus in virtute alicuius principij, aut connexionē alia. ¶ Aliter dī ad rōnem priorem, quod actus respectu productionis habitus est eā equiuoca, quia actus & habitus nō sunt eiūsdē speciei specialissimæ, quia tunc actus esset habitus, nunc aut nō est inconueniens, qd vnus effectus speciei sint duæ causæ differentes spēs, non agēs mō vniuoco, sed æquoco, sicut mulus gnat ab alio & equa differētibus specie.

¶ Contra, quicunque habitus habens terminū suū augmentationis, si augmentatur ex aliquo actu, potest augmētari vique ad terminū suū ex actibus eiūsdē

dem speciei cum priori actu, quia quā rōne augmentatur ex vno actu, augmentari potest ex alio actu eiūsdem speciei, & tamen illi actus eiūsdem speciei possunt sibi inuicem succedere in infinitum, vel augmentabitur ille habitus in infinitū, vel per frequentationē istorū actū tandem deueniet ad terminū. igitur prudentia, si augmentatur ex actu circa obiectū temperantia, & ex actu circa obiectū fortitudinis, quæ sunt diuersarū specierum, poterit ex solis actibus circa obiectū temperantia augmentari, vique ad terminū suū, & p consequens prudentia dirigēs circa obiectū temperantia perfecte acquiri pōt sine actibus elicitis circa obiectū fortitudinis: & ita pōt esse prudentia dirigēs circa actus temperantia, licet nō sit aliqua dirigēs circa actus fortitudinis, & per consequens cuiuslibet virtuti morali correspondet sua prudentia, & hī propositū. ¶ Vnde mirabile est, qd dicit, cū aliquis prudenter possit agere circa actus fortitudinis, & dicere fm rōne rectā, qd propter rem publicam bellum sit aggrediendū, & tñ sequi passiones delectationis, & esse epicurus. ¶ Aliter dī, qd dirigere circa obiectū temperantia & fortitudinis, sunt actus prudentia & eiūsdē speciei, quia sunt circa ista obiecta, vt habent vnā rōne formale obiectiua, vt rōnem boni humani, & hoc sufficit ad hoc, qd sint vnus speciei, & sic visio albi & nigri, est eiūsdem speciei, quia visio est eorū sub rōne coloris. Et qd sit verum hoc probatur. Nā sub eadem ratione, sub qua potentia respicit obiectū actus tendit in illud, quia potentia nō vnitur

vnitur obiecto, nisi per actū, sed primum obiectum, & formale potentie visuæ est color. ergo actus videndi non est ratio albi & nigri, nisi in quantum sunt colorata. ergo visio respicit album & nigrum sub ratione formali. ergo sunt speciei illa, cum habeant vnā rationem formalem obiectiuā. ¶ Contra. adhuc ratio stat, quia probatur, qd actus distandi circa diuersa obiecta virtutum sunt aliter speciei, quia sunt obiectorum per se, & primo differentium specie, sicut & virtutes aliter non sub eadem ratione distaret prudentia de illo, ad quod inclinatur virtus.

¶ Præterea, albedo in quantum albedo immutat visum. ergo albedo sub ratione albedinis videtur non tantum sub ratione coloris, vnde cum color sit genus, & dicat aliud, quam vnā formā realem, illud autem quod est principium immutandi visum, oportet quod dicat vnā aliam formā, non videtur qd color sit ratio immutandi, nisi vt habet esse in aliqua forma specifica. ¶ Item metaphysica est vnus habitus secundum speciem, & tamen eius sunt diuersi actus secundum speciem, vt considerare substantiam, & considerare accidens. Quod si dicatur, qd non considerat hoc, nec illud nisi sub ratione entis. tunc sua consideratio imperfectissima erit, & imperfectissimam cognitionem faceret. Etiam determinat de substantia, vt distinguitur ab accidente. ¶ Ad illud quod adducitur de visione albi & nigri dicitur, qd licet videantur sub colore, vt sub proprio obiecto, tamen per se videntur, & ideo vi-

siones sunt per speciem differentes. ¶ Contra. tunc eadem ratione est dicendum de habitu prudentie, qd licet ipsa habeat pro obiectiuā ratione formali rationem boni humani, tamen quia per se dirigit circa obiectum temperantia, & circa obiectum fortitudinis, quæ differunt specie, erit alia prudentia specie.

¶ Præterea arguitur ad principale sic, sicut ars se habet ad factibilia, sic prudentia ad agibilia, quia ars est recta ratio factibilium, sed respectu omnium factibilium non est vnus habitus artis secundum factibilem speciem, sed diuersus specie, sicut habitus navis factiæ non est eiusdem speciei cum habitu artis domus factiæ. ergo similiter respectu omnium agibilium non erit vnā prudentia specie. ¶ Præterea, sicut principium se habet in speculabilibus, ita finis in operabilibus, sed in speculabilibus alius est habitus secundum speciem de principio, & conclusione. ergo sicut in operabilibus & agibilibus alius erit habitus secundum speciem de fine, & de his quæ sunt ad finem, vt si alia sit prudentia circa finem, & alia de his quæ sunt ad finem, vt præstituat finem secundum vnā prudentiam, & secundum aliam dirigat virtutes in finem præstitutum.

DISPUTATIO. II.

Vtrum voluntas possit amouere intellectum habitatum ab vno ad aliud dictamen.



T R U M voluntas possit amouere intellectum habitatum ab vno dictamine ad aliud dictamen.